+
ſpotius opus fuerit ad ſolvendum succumbendi. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter taxati modo prȩmiſso ad ſolvendum succubitis, ac pro realiqua principali ex prȩmiſsis non completa Complenda Citatus eſse terȩ memoratus Recognoscens Nobilis Paulus Baczynski Terefłkowicz sive eius Succeſsores Ad Instantiam prȩfati Nobilis Fedio Baczynski Terefłkowicz fratris sui germani et Donatary sui sive eius Succeſsorum Ad Officium prȩsens Castrense Capitaneale Prȩmysliense exhinc receſsu supraſcripto quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere, Damna prȩtacta simpliciter taxata luere, inscriptioni prȩsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq; ac suos Succeſsores ad eadem omnia inscribit et obligat prȩsentibus, eundem Terminum primum peremptorium Vti et alios omnes exinde Consequentes Causȩ eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Succeſsorum Legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Curiarum Vel alius quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem prȩterea Vltra proximos officy prȩfati Castrensis Capitaneatis Prȩmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasq; motiones appellationes ac earum proſecutiones faciendo ac prȩmiſsa omnia pȩnis simplicibus Vel Duplicatis Executionibus Suspensionibus fatalis Iuris prȩscriptione Terrestri bello Convocationeq; ac alis omnibus Iuris remedis et defensis non sabter fugiendo nec modo alio quovis evadendo, Stat sua prȩsenti personali recognitione ad prȩmiſsa omnia et singula mediante.

Konafolski Szeptickiemu Obligat

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castren Capitanealibus Præmysliensibus Nobilis Joannes Hanasolski sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo præsenti Vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet, Secum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] Subijciendo palam libere, publice ac perexpressum recognouit. Quia

1343 ipse bona Sua propria et hæreditaria infrascripta Videlicet na Zeganie kończ Makowieckiey granicey zagonow pięcdziesiąt na zakrzu zagonow trydzieści zastawem od granicey Rozdziałowskiey zagonow dwadzieścia in Terra Præmysliensi Sita et consistentia cum omni præmissorum Jure Dominio proprietate, titulisq[ue] obligatorio cumq[ue] omnibus et singulis bonorum eorundem Sulcorum Vtilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, Commodis, emolumentis, obuentionibus, attinentijsq[ue] et pertinentijs generaliter Vniuersis nihil ex præmissis Juris Dominij proprietatis, ac cuiusuis competentiæ et prærogatiuæ pro se Recognoscente Suisq[ue] Successoribus aut quopiam alio reseruando Seu excipiendo Verum ita late longe circumferentialiterq[ue] prout eadem bona Sulcorum præfatorum ipsemet Recognoscens, tenuit, habuit et possidebat, iisq[ue] concernebant ac eidem legitime seruiebant. Jam exnunc et defacto Nobili Stephano Szeptycki et eius Successoribus in Summa Centum Florenorum Polonicalium (eam ab eo realiter percepta de qua præsentibus quietatur) hinc et ab actu præsenti ad Festum Conuersionis Sancti Pauli Apostoli post Annum proxime Venturum incidens, et in defectu pro tunc eorundem bonorum Sulcorum præfatorum exemptionis, Summæq[ue] memoratæ Centum Florenorum Polonicalium totalis et in toto vna realis persolutionis extunc de anno ad Annum Festo ad Festum pro Simili die et Festo Conuersionis Sancti Pauli

Apostoli

Apostoli sese determinantes Annis et Festis sese continue
et immediate sequentibus, Usque ad Exemptionem bonorum
eorundem, Summaeque memoratae totalis et integrae realem
et effectivam persolutionem obligavit, inscripsit et in-
vadiavit, prout obligat inscribit et invadiat praesenti-
bus. Ita quod quidem bona praefata praemissaque omnia prae-
sentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata iam
ex nunc et de facto is idem Recognoscens Nobilis Joannes Ka-
nafolski praefato Nobili Stephano Szepicki obligatario
suo eiusque posteris, Coram officio praesenti dat et admittit realem
intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per Ministerialem Quemcunque Competentem et Nobiles ad
os, die quacunque voluerit, officiose accipiendam per ipsum
Nobilem Stephanum Szepicki obligatarium suum ipsiusque po-
steros hac eadem bona praemissaque omnia praesentibus inva-
diata cum Universis eorundem Utilitatibus, et Usufructibus, at-
tinentiisque et pertinentiis generaliter omnibus, tenendi, habendi,
et possidendi, illisque quiete et pacifice Usufruendi, ac ad Usus suos
suorumque Successorum, quoslibet beneplacitos libere et effectua-
liter convertendi, modo ac Iure obligatorio. Debetque et tenebitur
memoratus Recognoscens Nobilis Joannes Kanafolski prout se
ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omni-
bus Summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis
eidem suprascripto obligatario suo Nobili Stephano Sze-
picki inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius Succes-
sores in dictis bonis praemissisque omnibus praesentibus per se
Recognoscentem invadiatis, et ratione eorundem omni-
um ab omni et quavis impetitione iuridica, quarumcunque
personarum Cuiuscunque Conditionis Status et sexus Cuius-
vis existentium exorienda in omni Iudicio et officio
Regni semper toties, quoties opus fuerit tueri defendere
evincere intercedere et eliberare, indemnemque eum

posteris reddere, nec non tali eadem bona praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quouis Cuiuscunque personarum factis et faciendis, tum etiam a quibusuis Citationibus super eadem bona supra conscripta modo quouis importatis et importandis, tum denique et praeiudicijs, processibusque Juris in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus, et in quouis Judicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissas omnibus praesentibus obligatis perductis et perducendis, emundare et liberare, mundaque et libera semper facere ac etiam Inscriptionarium praefatum Coram officio praesenti admissum in fundo bonorum eorundem praesentibus inuadiatorum dum per Ministerialem Competentem et Nobiles duos officiose requiri ten non denegare, imo debebit et tenebitur eundem libere dare et effectualiter admittere, dataque et admissa eadem possessionem et Vsumfructum praemissorum omnium praesentibus inuadiatorum, quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumque obligatarium suum et illius posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita ut tali eadem bona praemissaque omnia praesentibus inuadiata, idem obligatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesentis Inscriptionis obligatoriae Vigore tenere habere et possidere queat, illisque Vti frui possit, Vsque ad Exemptionem bonorum eorundem summaeque memoratae totalis et integrae realem et effectiuam persolutionem Idque sub Vadio Centum Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem siue eius Successores supra scripto

obligatorio

Obligatarie suo ipsiusq successoribus ob non Complectionem
praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam
in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbere
Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succum:
bito, ac parte aliqua principali ex praemissis non Com:
pleta complenda, Citatus existens memoratus Reco:
gnoscens Nobilis Ioannes Ramafolski sive eius successores
Ad Instantiam praefati Nobilis Stephani Zaplitski Obliga
tary sui, sive illius successorum ad Officium praesens
Castrense Capitaneale Premisliense ex hinc recogni: supra
scripto quo ad respondendum spectat mediante semper
in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, sta:
re Iuri parere respondere, Vadium praefatum Recognit:
tioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati de:
bebit et tenebitur, seq ac suos successores ideadem eiu
inscribit et obligat praesentibus, eundem Terminum primum
peremptorium Ut et alios omnes exinde Consequentes Causae
eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate
pro maiori minorennitate successorum legatione intra Vel
extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercito:
rem Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedi
mentis non differendo ad quietationem praeterea Ultra
proximos officy praefati Castrensis Capitanealis Premislien:
sis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq motio:
nes appellationes, ac earum prosecutiones faciendo ac prae:
missa omnia poenis simplicibus Vel duplicatis, Evasionibus
Suspensionibus, fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello
Conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defen:
sis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo
Stat sua praesenti personali recognitione ad Comissa

omnia et singula mediante.

Feria Secunda post Dominicam Laetare Quadragesimae proxima

13 | III Anno Dñi Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Tertio

Stawski Woiakowskiego Quietat.

1343 Coram officio Castri protunc Generosus Stephanus Rogozynski [illegible] Castrensis Praemysliensis in locum infrascripti Generosi Joannis a Staw Stawski Pocillatoris Terrae Leopoliensis et Vicecapitanei Castrensis Praemysliensis munusq hoc Subdelegationis in se benigne suscipientis generaliter omnia libere consumens Subdelegatus praesidebat, Actisq praesentibus Castrensibusq Capitanealibus Praemysliensibus personaliter Comparens Generosus Joannes a Staw Stawski Pocillator Terrae Leopoliensis et Vicecapitaneus Castrensis Praemysliensis Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, Se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum Joannem in Krzepla Woiakowski Vexilliferum Terrae Novogrodensis et ipsius Successores de Summa certa inter se recognoscentem ab una et eundem Vexilliferum Terrae Novogrodensis parte ab altera de actu et data.